nec illi recipere nisi tẽporalia et signa monachatus solũmodo ꝓpter illa. nonne illa tota abbatia vacaret a monachis. t epũs loci cum ipo principe fũdatore posset omnia bona occupare, et veros ibi monachos instituere? Si aũt in tota abbatia hoc posset. cur nõ t i paxte similiter. t in vna persona? Heu quot abbatie. canonie. episcopatus. vacant vel in toto vel in parte. Q si dixerit quia latet hoc summũ pontificem. latet et principes: verum quidem dicit. sed nos de veritate hic agimus. que veritas multis patet. et pluribus patẽ posset nisi vanitatem diligerent. et quereret mendacium sicut ait psalmista. Apprehenderũt eni multi mendaciũ. et nolue runt reuerti. sicut dicit hieremias in. viii. Multis ei certissimũ est. quia nec intrauerunt nec intus sũt. imo foris tantũ videlicet in solis signis exteriorib⁹ et mendacio temporaliũ. et (ut vulgo dicitur) pedem suũ intus non habent. nec vnꝯ pedes suos intus habuerũt id est in ipa veritate canonicalis honestatis. et aliorũ spũalium. Est etiã manifestũ quia ecclesia vniuersalis int⁹ vacua est i maiori parte sui. foris autem plena statuis. picturis. similis quas dixim⁹. Et hoc est quod dicit hieremias in pmo trenorũ Quomodo sedet sola ciuitas plena populo? Nõ ait clero. quia magis populꝰ est clerus populariter viuens. ꝙ clerus. Juxta quod dicit ysaias. xxiiii Et erit sicut populꝰ sic et sacerdos. Amplius si vbi debent eẽ monachi sãctissimi. vellet quis instituere. vnũ vel duos clericos seculares. licet valde honestos. qui tamen monachalem pfectionẽ omnino renuerẽt. nunquid non adhuc vacarent loca duorũ monachorũ. et ad hunc modũ si singulis decedentibꝫ similiter clericos eis substitueret. nũqd nõ post mortẽ omniũ monachorum monasteriũ illud vacaret? et de monachatibus dubitari non potest ꝙn omnino vacent quare et redditus monachatibus dediti seu annexi vacant saltẽ de iure Clerici ergo sic subrogati. nichil iuris habent in temporalibus abbatie illi⁹ Quia igitur magis distãt mali clerici a clericis honestis. ꝙ illi etiam a monachis sanctissimis. et minus omi bono digni sũt: multo fortius nichil iuris

habēt i canonicalibz. seu aliis
ecclasticis bñficiis. Amplꝰ si
q̄s de legato i testamēto cōtra
volūtatem testatoris dispone
re p̄sūpserit:et ip̄o iure ni-
chil agit.et cui aliquid inde de
derit nichil iuris in eum trās-
fert.cū ad implendā voluntā
tē testatoris merus executor
ab ip̄o cōstitutus sit.beneficia
aūt ecclesiastica q̄tū ad tēpo-
ralia in parte magna.bōa sūt
testamenti fideliū defunctoꝝ
legata ecclesiis. quare contra
volūtatem eorū vel intentōez
de eis p̄sumere seu vsurpare
vel dando vel recipiendo.ipso
iure non valet.neqz sic recipiē
tibus ius in eis aliquod adqui
ritur. Idem est et de aliis do-
nationibz. Dotatorū enī et di
tatoꝝ atqz fundatorū ecclesia
rum intentio fuit.ut dei seruī
et fideliter eidem seruiētes so
li.beneficia que ecclesiis largi
ta sunt obtinerent. quare si q̄
rū vel aliud de ip̄is agitur p̄-
ter intentionē ip̄orum est. ꝛ p
vsurpatam et non commissā
potestatē. et ideo nichil iuris
transferre videntur qui hoc p̄
sumūt in tales receptores hu
iusmodi beneficiorꝝ Ampli
us si quis in ecclesia beneficia
tus vel titulatus cadat in mor
tale peccatū.certū est q̄ efficī
tur membrū diaboli.ꝛ desinit
esse membrū ecclesie illius.de-
serit qz locum suū: contra id
quod dicit ecclesiastes. x. Si
spūs potestatem habentis ascē
derit super te:locū tuū ne di
miseris. Trāsfertur ergo iste
a spirituali hierusalē i babilo
nem.et de edificio corporis ch̄ri
sti mistici in edificiū corporis
dyaboli. Vacat igitur locꝰ eiꝰ
de iure ꝛ de fcō scdm veritatē.
licet forte non appareat. Va-
cat iam̄ locus eius illeutiqz quē
deserit vacat et officiū spūale
cuius prima et fundamentalis
pars.officiū est recte viuendi.
Hoc enī officiū sponte deserit
Similiter vacat onus quod p̄
iicit. quare et emolumentum
Et hoc utiqz scdm veritatē. li
cet foris non appareat.Qua-
liter ergo auctoritate sua hu
iusmodi hoies. ꝛ resumunt of
ficia.et p̄cipiunt simul tēpora
lium emolumenta? licet fori
tan alicui videatur. q̄ non
videtur oīnꝰ ex toto p̄icere nz
officiū.ex toto deponere.q̄ ad
horam tentationis hoc facit.
Sed quid si proponat animo
nūq̄ resurgere siue resumere
oīnꝰ aut officiū? De hui⁹mōi
homine dubitari nō debet.q̄n

tanꝯ fur et latro temporalia emolumẽta percipiat. et si exterius hoc appareret vel cõfiteretur: indubitanter abiciendus esset de ecclesia. imo de tota christianitate Q; si quis dixerit ergo cum nemo sciat an amore an odio dignus sit. an de spirituali hierusalẽ. an de babilone sit. quilibet titulatus ⁊ beneficiatus i ecclesia discrimini se cõmittit. stipendia tẽporalia ibi percipiendo. quia forte ut fur et latro. ⁊ forte ut seruus fidelis. Respondemus in hoc ꝙ re vera periculosiss ie habẽtur huiusmodi beneficia ꝓpter quod et viri timorati q timore et tremore illa ꝓcipiũt atq; recipiũt. et quod residuũ est eis a modesta ⁊ precisa sustentatione. erogant pauperibus. et precipue talibꝫ. qui animarum patrocinijs eos adiuuant. et supplent eoꝝ defectũ De aũt illis qui ecõtrario faciunt. videlicet qui superflua vel ydolatrie per auariciã suã vel luxurie ⁊ vanitati depascẽda atq; consumenda exponũt. Videmus autẽ manifeste. qr ꝓpter antedictũ periculũ multi et magni huiusmodi emolumenta siue stipendia vel reliquerunt vel penitus renuerũt

Qualiter aũt dispendenda vel expẽdenda sint bona ecclesiastica. expresse docet dñs i libro leuitici. capitulo. vi. Sãcta est omnia ⁊ a sãctis, ⁊ i sãcto loco expendenda sũt. Omnia ei hec sanctificata dnõ sũt. et oblata pia deuotione fidelium. Quare sacrilega impietas est huiusmodi bona vel meretricibus vl̃ ystrionibꝫ dare vel in aliis vite humane corruptionibus expendere. Scimus autẽ nostris temporibꝫ fuisse magnos doctores. et ante etiã tẽpora nostra. qui dicebant ꝙ q cunqꝫ quis de huiusmodi bonis ꝓceperat toto tp̃re quo in mortali peccato perstiterat. restituere tenebatur si posset. et hoc ea ratione. quia toto tempore illo regi babilonis id ẽ diabolo militauerat. quare illo toto tempore christi stipendijs ꝓriuandus erat et illa ei iure penitus auferenda. Beat⁹ q̃q; augustinus dicit. qm̃ talis idignus est etiam pane quo vescitur. Apostol⁹ etiã i vltimo secũde ad tessalonicẽs. expresse dicit. Qui non laborat/nõ mãducet. Quod non de quocũqꝫ labore intelligi potest. sꝫ de solo labore qui fructũ habet remunerationis eterne. Nõ enĩ

labor ille exterior legẽdi/ psallendi/cantandi/sufficere videꝛ ad patrociniũ aiarũ: nisi puritas cordis/et sapor deuotõis illum ꝙdiuerit.et deo acceptũ reddiderit. Propter hoc dicit amosb.Auser a me tumultũ carminũ tuoꝝ.et cantica lire tue non exaudiã. Et ysa.iC ũ multiplicaueritis orationẽ.nõ exaudiã. Et gregorius. Si is qui displicet ad intercedendũ mittitur:irati iudicis animus ad deteriora prouocaꝛ. Amplius quia icomparabiliter validi9 ⁊ efficacius ĩtercedit vita sanctorũ pro animabꝫ ꝙ ipsa oratio.sicut dicit geñ.iiii.quia respexit domin9 ad abel et ad munera eius.ad cayn aũt et eius munera non respexit. qz videlicet ꝓpter abel respexit munera et non econuerso Sic et orationes sanctorum et totius ecclesie propter ipõs et ꝓpter ecclesiam exaudiũtur, et non ipi propter eas Hoc ergo sublato videlicet gratia qua ipsi sancti deo accepti sũt, ⁊ qua eius ecclesia et placita est. sublatum est patrociniũ animaꝝ a suffragiis.et orationibꝫ eorum.Sicut dicit ille cecus natus in.xi.iohis. Peccatores deus non audit. Intẽtio igiꝛ largientium huiusmodi bona ecclesiis.in primis et maxie est i bona vita seruientiũ deo atqꝫ percipientiũ illa.Secundaria vero.in ipa suffragia canonici seruicii. cum hec suffragia non sint aut patrocinia/nisi ꝓpter illam. Alioqn maxime organizantibus et cantantib9 alia queqꝫ seruicii ecclesiastici exteriori decore.et ad sensum pulcrius aut melius faciẽtib9 danda essent. Apparet igiꝛ tibi quantũ dampnificat fũdatorem ãt dotatorẽ ditatorem qꝫ suum.quecũqꝫ congregatio malevivens et deo odibiliter conuersans.sicut de nõnullis conuentibus regularium pluriumqꝫ audiuimus Verũ de suffragiis istis in tractatu de sacramentis in capitulo de ordine sacerdotali qualiter faciẽda sunt vel fiant nos plene determinasse meminimus vbi et errorem illorũ destruxim9 qui virtutem sacramentorũ. et vtilitatem suffragiorum.destruebant per indignitatem ministrorum.

Ost hec aũt aggrediemur disputare de hoc an liceat vni persone multa habere beneficia.quoꝝ vnũ sufficiat ad ꝙpetẽtẽ ipius

sustentationē Jn primis ergo
horsitan sibideatur alicui du/
bitandū.quia a multis et ma/
gnis sentitur qꝫ sic.et a multis
et magnis qꝫ non.et ꝓpter hoc
temerariū simplicit videri po
test de hoc presumere diffinire
in quo dicimus quia si dubiū
est vtrū liceat an non liceat:
ipa dubietas certitudo est. et
determinatio quia ꝓcul dubio
non licet. Nulli enī dubiū est.
quia non licet alicui ꝙmittere
se discrimini. Discrimini aūt
se cōmittit.qui aliquid facere
ꝓsumit de quo dubitet an pec
catū mortale sit. quare (sicut
dixim⁹)qr ipa dubietas efficit
hoc discriminosū:ē ꝓpter hoc
vitādū ex necessitate.q̄re t illi
citū Ampli⁹. Null⁹dicit hoc
videlz qꝫ liceat.nisi vl q plura
habet hui⁹modi bñficia.vel q
ea habē itēdit.q̄re i causa sua t
ꝓ se ipo dicit huiusmodi testi/
moniū. Nō est igit verū siue
quenies testimoniū ei⁹.et ideo
non ē ei credēdū.Qui aūt ex/
trio dicūt ꝙ se dicūt.quodāmo
do se obligātes ut plura i fu/
turū nō habeāt t ut vno qlēt
sint tali bñficio.sicut legit ꝓpū
xiii.Qui detrahit alicui rei.in
futurū se obligat. subaudi ne
illā faciat. Ampli⁹. Qui nō
laborat nō māducet. ex vltio
scdē ad tessat. ergo q nō labo
rat dupliciter,nō māducet du
pliciter.t similiter q nō labo/
rat triplicit.et ita de aliis.Quē
admodū eni sillogism⁹ siplici
ter ex ꝓpōnibz sipliciter: sic t
sillogism⁹hui⁹ad hoc.ex ꝓpō
nib⁹hui⁹ ad hoc Amplius si
ratōe laboris t opatōis debet
cibus.sicut dicit Vitas mathei
.x.qr dign⁹ est opari⁹ cibo suo
et luce.x.dign⁹ elt mercēnari⁹
mercede sua:ergo nō debetur
dupler cib⁹nisi ratōe duplicis
laboris ät opatōis.nez triplex
nisi ratōe ꝙplicis t sic de aliis.

Et huic ratiōi attestat ipse
mod⁹t forma collatōis et iue
stitōis bñficioꝝ Jbi ei dicit ex
presse ab ipo ꝑlato Cōferim⁹
tibi bñficiū istd vl̄ iuestim⁹ te
de eo.ad honorē dei t cuiciū ec
clesie isti⁹ Nullo igit mō licet
alicui habē pla hui⁹mōi bñfi/
cia.nisi exoluat totidē hui⁹mo
di cuicia.Quare tria paria hu
iusmōi cuicioꝝ oportebit ex/
oluere.habentē tria hui⁹mōi
bñficia. Alioqn defraudabit
mortuos et viuētes.vno vl̄ du
obus seruiciis.t tanq̄ fur t la
tro ꝓcipiet vnū vel duo illorū
emolumētoꝝ. Ampli⁹.quis
dubitat de cōdatoribz ecclie

prebēdarsarū.qui sicut certū munerū voluerīt habē suozū. sic ꝫ suicioꝝ.ꝫ iterū ipa suicia iuxta mozē earū ꝟbi grā ut i ecclia carnotēsi carnotēse suicium.et parisiensi parisiense?

Q; si dixerit ꝺs quia vna est ecclia. et ideo qui defuit i vna deseruit i duabz. vel tribz : illa ergo ratōe i oibz. ꝯze iuste agiť cū eo.i eo ꝙ nō pcipit.in oibz et equaliter i oibz.q equaliter suuat i oib⁹ causa ei ꝯ ponit suiēdi i oibz eccl̄ia est in oibz videlz vnitas eccl̄ē vniūsalis

Ampli⁹ si vno suicio sufficiē ter satisfit deo et tribz ecclīis. et aiabz ꝓpter ꝺs sūdate sunt ecclīe.sicut satisfieret eisdē tribz suiciis: ad quid igiť est tanta multitudo et varietas suiciozū.vel etiā seruitoꝝ? Ampli⁹.magis vna est i se carnotensis ecclia.ꝯ sit cum parisiensi. vť cū quacūqz alia.Si ergo vnitas illa q̄ sibi iuicē vnite sūt.efficit hoc ut vn⁹ canonic⁹ vel suitoz sufficiat ꝓ duobz et vnū suiciū ꝓ duobz.et ut vna ꝑsona possit obtinē duas illarū eccl̄ārꝝ prebēdas. mlto fozti⁹ vnitas ipi⁹ ecclie carnotēsi i se sufficiet hoc efficē. ut vna ꝑsona obtineat i ecclia carnotēsi.duas prebēdas.vl plures.

Hoc aūt null⁹ eoꝝ aus⁹ est adhuc dicē . nec aliq̄s eōꝝ vnq̄ hoc prelū ꝑsit.ut habēti vnā p bēdā i ecclia carnotēsi q̄ferret aliā. Ampli⁹.ꝫ facili⁹ꝫ q̄modius ꝫ meli⁹ ꝑ oēm modū potest ꝺs deesse duab⁹ prebēdis vel plurib⁹i eadē ecclia ꝯ i diuersis dīūsis q̄ i vna collect⁹ et totus i diuersis ꝟo diſplus atz diuisus. ꝫ iterū ibi assidu⁹ illic ꝟo īterpolat⁹, ergo mlto fozti⁹ licet vnicuiqz ꝑsone plures p̄bēdas obtinere i eadē ecclesia ꝯ i diuersis Amplius nemo dubitat ꝺn tres suitozes et tria suicia eccl̄ia ꝑ oēm modū hoc ē et magnitudine ꝫ numero et merito.triplū sint ad vnū seruitorē.ꝫ ad vnū suiciū ꝯre qui deo et aiabz nō dat nisi vnū illoꝝ scilz suitoꝝ vnū q̄z seruiciū . triplo min⁹ dat deo ꝯ qui tres illoꝝ seruitoꝝ dat.tria q̄z seruicia.Similiter et ecclesius et aiabz. Si igiť fuerint duo prelati ita faciētes . quis audebit dicere ꝙ eq̄ bene faciat qui deo.et ecclesie sue ꝫ aiabz nō dat nisi vnū seruitorē atq̄z seruiciū ut ille ꝺ dat triplū ꝑ oēz modū Q; si dixerit ꝺs q̄z meli⁹ facit qui dat tres seruitozes/ac seruicia totidē ꝯ ꝺ non nisi vnū vtrinqz

sed tñ sufficit, querimus cui sufficit hoc. Animabus enim que torquentur in igne purgatorio non sufficit plane. ꝙ alter eorum accelerat liberationem earum. alter retardat. Plus enim prosunt ad liberationem animarum tres misse ꝙ una earū. et ita de aliis suffragiis. Si enim tantum valeret eis missa una quātū tres: eadem ratione quantum mille. et ita superuacue et inutiliter quantum ad hoc multiplicarentur pro eis ecclesiastica suffragia. quod nemo audet dicere christianus. Q. Si dixerit ꝙ sufficit deo. et hoc manifeste falsum est. quia ad maiorem gloriam sunt ei multi precones laudis ipsius, ꝙ vnus illorum. Alioquin ad quid instituite essent tot et tante ecclesie collegiate. totq; chori canētium laudes ipsius? Si aūt dixerit ꝙ hoc sufficit ipsis ecclesiis: et hoc quis dubitat esse falsum? Que enim ecclesia ē. nisi forte malignantium quā deus odiuit. que nolit habere integritatem totius corporis sui. et vniuersitatem membrorum suorum? Que inꝺ̄ est. q̄ portione corporis sui contenta velit esse pro toto. nisi que magis est synagoga sathane ꝙ ecclesia? Q. Si dixerit. qz sufficit prelato: vel intelligit sufficit ei ad meritum. et hoc est impossibile manifestum. sed re vera ei sufficit ad gehēnam. Defraudare enim dominū precombus glorie sue. atq; preconiis. et ipsam ecclesiam membris suis ⁊ membrorum officius. animas vero tā viuorum ꝙ mortuorū patronis simul et patrocinus siue suffragantibus atq; suffragiis sufficiens meritum est. ⁊ causa dānationis eterne. Q. Si dixerit quia sufficit habenti vel recipienti vnum seruiciū pro multis beneficiis. Respondemus quia intolerabilis presumptio est eousq; existimare et appreciari seruicium suum videlicet vt vnum eius seruicium valeat tria vel quatuor vl' decem vel mille similia seruicia totidem bonorum virorum siue sanctorum. videlicz ut vna missa valeat decē alias et vna oratio decē alias similes bonorum virorum. Neminem autē adhuc vidimus qui in istum impudētie ausū prorumperit. Amplius. conductus vinearius ad vnam vineam excolēdam vel vnū agrū

ii

si quis eum ad aliam excolendam eodem tempore conducere voluerit: repellet eum. et dicet se esse conductum ad aliam excolendam. et suam operam iam locasse. et durante huiusmodi contractu videlicet conductionis siue locationis. non posset similem se inire cõtractum. Nullus etiam procuratorvinee vel agri verbũ audet facere de conducendo operarium ad aliam operationem conductum. donec illã exoluerit et ab huiusmodi cõtractu liberatus sit. Si igitur huiusmodi operarii i istis minimis tante fidei et veritatis esse volunt. ut ad duas operationes simul se conduci nõ patiantur: quanto fortius et in spiritualibz hoc magis obseruandum est. ut conductus p̃cio stipendii eterni et etiam tẽporalis ad operandum i vna ecclesia. que et vinea et ager et edificatio spiritualis est. sicut dicit apostolus. cũ conductus est aliquis. id est institutus. nõ debet sustinere ad operandũ in alia se conduci. donec sit absolutus ab huiusmodi conductione seu contractu. Idem est et de aduocatis. Conductus enim aduocatus ad aliquam causam agendã. et aliquo tempore. non patitur se conduci ad aliam agendam in illo eodem. Quia igitur in ecclesia beneficiatus seu titulatus ad agẽdam causam animarum ad ecclesiam illam pertinentium specialiter aduocatus cõstitutus est. et ad certas allegationes pro eodem proponẽdas. quas ei mutare non licet aut subticere: manifestum est quia non potest causam similem suscipere eodem tempore ventilandam. Allegatioẽs autem de quibus dixim9 psalmi sunt. lectiones. siue collecte. siue orationes. et cantationes. quas nec mutare cuiquã licet. contra ecclesie siue morẽ nec ea potest nisi culpabiliter subticere. Et si enim generaliter seruitores ecclesiarum siue generales aduocati constituti sint animarum: specialiter tñ et speciales aduocati cõstituti sũt aiarũ q̃rũ bñficiis tẽporaliter sustentãtur. et eaq̃ que parrochiane sunt ecclãq̃ suarum. aut cõparrochianearũ. Quia igit vno et eodẽ tempore et causis et allegatõibus satisfacere nõ potest vn9 et idẽ aduocatus huiusmodi: manifestũ est q̃ nõ potest ad-

uocatus esse pluriū huiusmodi causarū simul una et eadē psona. Hoc autē est esse canonicū duaꝝ ecclesiarū.āt pars canonicatus.aut ꝙcomitās inseparabile. videlicz aduocatō sic limitata siue patrocinium

Ad idē solemꝰ iducere similitudinē de feodis.Sicut ei ratione vniuscuiusqz feodi debetur certū seruiciū:ita et ratione vnius cuiusqz prebēde,Quare quēadmodū quot feoda vnusquisqz tenet. tot debet idefuicia: sic ⁊ qt pbēdas vl bfīcia vnusqsqz detinet.tot debz ide fuicia ecclīastica hoc ē tot paria hozarū ⁊ aliozū oium.

Amplius.ecclesia dei nichil habet substātialiꝰ ꝙ corpus suum et membza. ex quibz compacta est ⁊ ꝙstructa.nichl deo acceptius ꝙ sanctitatis grām et diuini cultus seruiciū. Hec aūt pluralitas prebendaꝝ ⁊ aliozū beneficiozū ecclesiasticorum ⁊ ecclesie corpus magna sui parte detruncat ac mutilat.dū pro decē mēbzis nō habet nisi vnum.et quandoqz,p tribus vel quatuoz non habet nisi vnum . Cum enī aliquis obtinet loca decem prebendarū in decem ecclesiis: decē ille ecclesie pro decem suis mēbzis non habēt nisi illum.⁊ ad hūc modū de aliis Respice igit ecclesiam dei quantum ad clerum. et vide quot sunt quibz instar demonii illius euangelici legio merito nomen est.qz multi sunt Vnusquisqz enim illozum vnus est in persōa vl essencia.multi autem in officiis ⁊ bnficiis. Respice inꝯ multitudiem huiusmodi hominū et videbis quanta sui pozciōe detruncetur per eos corpꝰ cleri.et videbis quia alius detrūcat ipsum duobus membzis. alius tribus. alius pluribus. vsqz ad numerum irrationabilem. Qđ ut clarius elucescat.ponamus exemplum ad hoc.Si enim licet vni persone habere quadzaginta prebendas, esto ꝙ quadzagita sint ecclesie. vnaqueqz quadzaginta canonicozum.et ponamus ꝙ quadzaginta persone habeāt omnes illas prebendas. ergo vides manifeste ꝙ ,p quadzagesies quadzaginta personis non habet deus vel omnes ille quadzaginta ecclesie nisi ꝙ dzaginta personas.⁊ pro quadzaginta conuentibus non nisi vnum. Similiter ⁊ pro mille secentis membzis glozie siue preconiis et laudes suas ca

nentibus non habet nisi ꝯdza
ginta. Jam ergo manifestum
fecimus quod dixeramus. qz
quod habet ecclesia dei sustan
tialius videlicz corpus suū de
truncat ista pestis.ac mutilat
quod habet acceptius videlicz
honorificentiā cultꝰ dei. Quā
peruiciosa igitur sit hec pestis
ecclesie dei. ex his manifestū
videtur. quare exterminā da
totis studiis ac viribus ab ea
dem. ut ignis deuorās ipsum
corpus ecclesie. et membra ip
sius et ut pestis ydolatrie. a
uaricie. et ambitionis. vastās
ex magna parte honorificen
tiam diuini cultus. Ampli
us. querimus ab huiusmodi a
uaris et ambitiosis. ut videtur
vtrum ex caritate detineant
multa huiusmodi beneficia.
aut ex cupiditate vel ambitio
ne. Q si ex caritate suadeāt:
non est qui eis credat. Non ei
ex caritate dei et proximi tan
ta dispendia seu detrimenta
glorie sue deo irrogarent. ne
qz proximis tāta damna suf
fragiorum neqz ipsi eccleſie
(que incomparabiliter magis
diligenda est ꝓ quius proxi
mus) tantam corporis sui va
stationem facerēt. Q si ex cu
piditate vel ambitione: ex ore
suo iudicentur. Manifeste ent
confitentur. quia male. Am
plius vnaquez ecclesia colle
giata vel conuentualis. corpꝰ
vnum est per se. Impossibile
autem vnum membrū eē du
cxum corporū naturaliter. ni
si per errorem nature mon
struose illud cōmunicēt. Quē
admodū accidit in mulieribz
que ab vmbilico supra due e
rant. ab vmbiculo autem infra
vna. Cum ergo corpus natu
re exemplum sit corporis gra
tie quod est ecclesia. sicut ostē
dit apostolꝰ i xvi. prime ad co
rinthios. non potest esse nisi
monstruosa i corporibus gra
tie huiusmodi membrorum v
nitas siue cōmunicatio. Et si
enim multitudinis credenti
um sit cor vnum et anima vi
na. sicut legitur in quarto a
ctuum. vnitate scilicet fidei cō
tra diuisionem hereſum. vni
tate caritatis contra fissuras
scismatum: tamen essencialiu
ter multa sunt membra vni
uersalis ecclesie. et magna ut
parrochie siue conuentus. et
minima ut singule persone.
Et quēadmodum diuersitas
officiorum in corpore nature
diuersitatem requirit mem
brorum: ita et in corpore grē.

Quare sicut i corpore nature omnia mẽbra nõ eundẽ actũ habent. nec vnũ plurium est: ita et ĩ corpore gratie debet eẽ Quod tãto debet esse ab omi deformitate mõstruositatis lõgius: quanto nobilius. deo qꝫ gratius. Hoc autẽ indubitanter mõstruositas est. ut oculꝰ manus sit. aut manus oculus Non potest igitur esse. ut qui est archidiaconus in vna ecclesia. sit prepositꝰ in alia. Amplius iste ꝙ obtinet officiũ vel bñficium in vna ecclesia. ẽ de corpore illius. et mẽbrum ipsius. Si igitur vocetur ad aliã ecclesiã: aut remanet in priori ãt non remanet. Si remanet: ergo nõ trãsfertur ad aliam nec collocaꝫ ĩ edificio illius. siue ĩ corpore ipius. Sicut lapis ꝙ remanet ĩ edificio domꝰ alicuius. nõ collocaꝫ ĩ edificio alterius. Si vo nõ remanet: habemus ergo qđ intẽdimus. Et ꝑsidera diligẽter similitudiẽs istas. qz valde expresse sũt. Ecclesie enĩ. et domus/ et ciuitates/ et edificationes dei sunt. Hierusalẽ enĩ edificatur ut ciuitas. sicut dicit psalmista. Et aplũs in iii. prie ad corinthios Dei cultura estis. dei edificatio estis. Amplius. veritas in euãgelio mathei vii. Omis arbor que fructũ nõ fecerit. ꝛc. et eusebius in omelia quadã Arbores sumus i agro dni cõplãtate. Diuerse igitur ecclesie diuersi agri sũt Impossibile aũt est eandẽ arborẽ i diuersis agris simul esse cõplantatam. ꝛ si plãtata fuerit in vno ipossibile est ut nisi ab illo euulsa fuerit. plantetur in alio Quia igitur canonicorũ instituitio in ecclesiis plantatio spiritualis est arborũ in ortis: ĩpossibile est clericum plantatũ. hoc est institutũ in vna ecclesia. nisi inde auulsum plantazi. id est ĩstitui in alia. Idem est de vineis ꝛ vitibꝰ. Amplꝰ Nemo est ꝙ vellet habere suũ comedentẽ quantũ tres vel ꝙ tuor. et non operantẽ nisi quãtum vnꝰ. Silr neqz equũ. Et si quis vellet ei dare: nõ grãter acciperet. imo etiã recusaret. Quid igitur sunt huiꝰmodi clerici qui decem clericorũ comedũt beneficia. et non redũt nisi singularia. vel vnica seruicia. nisi serui vel equi ꝗs diximus? Sed de dispensatore suo quid faceret quicũqz dñs. si vni ex seruis vel equis daret decem prebendas: singulis autẽ aliorũ non nisi sin

gulas. nūquid non eū tanq̄ dissipatorem puniret? Similiter ꝫ rex. si dux exercitus sui daret vni ex bellatoribus suis (qui tamē non valeret nisi vnum) decē bellatorū stipendia nunquid non fraudē faceret dnō. ꝫ victoriam aduersarii q̄ tra ipsum dñm procuraret? Vbi enī deberet habere mille bellatores: per hanc viam nō haberet nisi centū. Quantū ergo minuat atq̄ debilitet dei exercitū ista pestis. quāq̄ grauī aiaduersione plectendi siue feriendi sint adeo huiusmodi proditores. duplici isto exemplo manifestum satis ē. Nullus enī huiusmodi multiplicium atq̄ multiplicatorū homi num audet dicere vel etiā cogitare. q̄ ipse valeat tot bellatores ī dei exercitu. quot stipē dia obtinet. bellatores inq̄ qui bellatorum nomīe digni sint. Similiter et de aduocatis se habet. et de vinitoribus. et de aliis operariis. Nullus enim eorum vnq̄ ausus fuit dicere vel etiam cogitare. q̄ tantum possit in causa animarū allegāda. quantum decem boni aduocati. vel in vinea dñi excolenda. quantum decem bonī vinitores. ꝫ ita de aliis. Quo modo igitur decem salariati decem mercedes operariorū percipere vel detinere presumunt. nisi per fraudem ꝫ furtum? Quā ridiculosum autem sit quod quidam dicunt, quia potest habere quotlibet ꝫ quantumcunq̄ pinguia temporaliter beneficia quiuis. dū ea bene expendat: ex his appa ret. Licet enim medic⁹ salarium in quācunq̄ pios vsus expendat. quod ab egro pro eo medicando recepit: non propter hoc satisfit egro. nec minus egrotat. Idem dicimus ꝫ de bellatore. q̄ quātuncunq̄ largeꝫ magnifice expendat stipendium. non propter hoc minus vincitur aut exhereda tur rex. cuius bellum agere debuit. Similiter et de vinitore. et de aduocato eis obici potest. Non enim solam dispensationem temporaliū prouentuum suscipiunt clerici in institutione vel euocatōe sua: sed officia ipsa medicandi sanciatum. de quo legitur Ince de cinio. et officium agendi bellum dei. similiter et officium allegādi causam animarum. et officiū operādi in vinea dñi

Q. si dixerit quis quia in bñficiis ecclīasticis inueniunt

quedam. que sunt duplabl' tri
pla vel etiã decupla ad alia. ⁊
ideo eque possũt haberi decẽ
parua simul ut vnũ pingue.
qđ valeat decẽ illa. Hic est hõ
q̃ loq̃tur ut cogitat. Loq̃tur e
ni acsi beneficiũ huiꝰmodi nõ
habezet nisi tẽpozalitatẽ. Tũc
eni ꝑculdubio par esset habe
re vnũ tale. vl' decẽ talia. Nec
cogitat huiꝰmodi homo onꝰ
spiritualevniuscuiusq; suffici
entis seu q̃petentis bñficii. qđ
ꝑ q̃titate viriũ satis onerat
vnã psonã. Neq; q̃sideret hu
iusmõi homo q̃ officiũ eccle
siasticũ ⁊ religionis. religiosũ
est officiũ ligans ⁊ artãs pso
nã suã ad hoc ut aliud non v
surpet nec etiã îponi sibi pati
atur. Et reuera huiꝰmodi ca
nonici hozreales sũt siue celle
rales. Nõ ecclesiis affixi sunt
ut stelle suis celis: sed hozreis
⁊ cellariis cozde icubant. ⁊ vin
culis auaricie illi alligati sũt.
vel potiꝰ i illis affixi. Et sicut
monachos quosdã solemꝰ di
cere coq̃narios aut refectoza
rios ꝑ eo q̃ cozde in coquina
vel refectozio solũmodo ver
santur: sic ⁊ istos nõveri nos
canonicos ſz magis hozreales
ut diximꝰ aut celerarios. Et
ut loquamur apertiꝰ. iter ve
ri nos canonicos ãt clericos.
nõ clerici vel canonici. ſz ma
gis asini vel equi habẽdi sunt
ut pote ꝓsepibus ad comedẽ
dũ cozpozaliter alligati. Nõ
eni prebendã clericalẽ (q̃ vtiq;
pozcio est spiritualiũ bonozũ
videlicet gratie ⁊ glozie) vel q̃
runt vel diligũt. sed solas pre
bẽdas asinarias vel equinas.
que vtiq; pozciones tꝑalium
bonoꝝ sunt. Equi eni nostri ⁊
asini cozpoza nr̃a sũt. de q̃bus
i declamatozijs ẽmonibz ⁊ ex
oztationibz multa iã diximus

De bñficijs aũt insufficiẽ
tibus manifestũ est. q; non re
quirũt singula seruicia. et pro
pter hoc aliis vel addũtur vel
vniũtur. Si q̃s vero obie
cerit nobis de ecclesijs i quibz
nõ q̃pellitur fieri residẽtia: di
cimꝰ q̃ nõ est ista libertas ex
q̃stitutione vel fundatione. ſz
magis ex longa q̃suetudine. ⁊
clericoꝝ malicia vsurpata. Si
tñ in aliquibz est: in paucissi
mis est. Et si obicerit nobis
de dispensatiõibz apostolicis.
respondemꝰ q̃ ille supza nos
sũt. et q̃ diligẽtius considera
te iura sũt. et de omni dispen
satõe rite facta idem sentimꝰ
nec interpretari presumimus
Hoc tñ indubitãter sentiẽdũ

est. & romanus pontifex quan cunq; largã dispẽsationis gra tiam videat facere i beneficiis q aliquibz psonis. tñ nõ di spẽsat cũ auaricia. cupiditate. vel ambitione earũ. nec indulget eis indulgentiis suis. ut his vl aliis viciis indulgeant. Nõ ei intendit pascere vel nutrire pestes viciorũ de bonis tempo ralibus ecclesiasticis. que ple ne nouit ad sustentationẽ ser uorũ dei. in eius seruicio san ctificata esse dño. t oblata. Et hic quidẽ tractatus istius finẽ facimus. materiam disputati onis et vias declarande veri tatis in conferendis obtinen disq; beneficiis ecclesiasticis. prout desuper accepimus tra dentes. t si qua sunt circa hec maiora: maioribus relinquen tes.

Explicit tractatus de vo catione ad beneficia. et de plu ralitate beneficiorũ in vnita te persone. editus a gallorum doctore egregio. M. Guiller mo parisien.

Inuolumine qđ intitulat. seu dicit. bonũ vniuersale de ppzietatibz apũ. libzo pzimo. capto. xix. scribũtur q sequũt

Vanti aũt piculi et ma li sit nisi ex causa valde necessaria curã susceptã dese rere aiarum patet ex eo quod subiungã. Bzuno i partibz theutonie i opido magno qđ mons martis dicit bon⁹ pzes biter et castus fuit. Hic (refe rente memozabili heinrico de colonia fratze ozdis pdicatoz cõsobzinũ habebat pzesbitezũ eque bzunonẽvirum sciẽtia et mozibz appzobatũ. Hũc aũ culus pzesbiter bzuno. sepius rogabat deuote ut dicte par rochie curã suscipet. et ipe iã senex religionẽ itraret. Annu it ille post multas pces. iuitus tamen. eo q regimẽ tãte par rochie formidaret. Hoc ut ob tinuit: bzuno pzesbiter religio onẽ itrauit. et cito post hoc ab hac vita migrauit. Differẽte bzunone iunioze aiaz regimẽ attẽtare. eo q aliud beneficiũ capellanie viginti marcaz su perius i castro tenẽt. vicariũ p se pois in parrochia collo cauit. Bzunone ergo iunioze vna nocte i lecto qescente: ap paruit ei i cappa nigra bzuno

senior tã defũctus.et dixit ei.i his ẏbis. Jn grege ꝙmisso male te regis .et pede scisso . Claudꝰ ꝓspicito q̃ pena futura.redito . Hec dicẽs eleuauit cappã qua videbaf̃ idutus ⁊ se grauiter icendi demõstrauit. Ad hec bruno iunior expgefactus recolit visionẽ et versus. Et mox iterũ resoluit̃ i sopo rem. Cui eodẽ scemate defunctus apparens dixit. Tu pene causa.req̃es ꝓ te michi clausa Aspice sic vri.cibus ignis et esca futuri. Et hec dicẽs/iterũ illi tormentũ ostẽdit. Cui iterũ tercio sopozato appraẽs dixit Mũdi delicijs iterdũ seria misce. Ex his ꝑmiciis cape partes.ãt resipisce. Ad cuius ẏba bruno surrexit. et flexis genibꝫ se impleturũ qđ admoneulo vnẽti ꝓmiserat deovouit. Nec mora. q̃ splẽdore nimio manifeste defũctus apparẽs.⁊ vniuẽti ꝙgaudens dixit . Letatus sũ i his q̃ dicta sũt michi.i domũ dni ibimus. Et hec dicẽs in sublimi ꝙscẽdit. Vide ergo ꝙ ti piculi sit curã aiarũ recipe ⁊ i manus negligẽtis relinq̃re Quod i brunone seniori potueris aduertẽ.q̃ curã negligẽtez defezuit et in brunone iuniore q̃ susceptã alteri icurate ꝙmisit. Simul etiã in ista narratõne diligẽter aduerte.qđ in primis versibus dicit̃. Jn grege cõimisso male te geris.et pede scisso. Claudus ꝓspicito q̃ pena futura.redito. Vbi q̃dem manifeste significauit.scissum eũ habere pedẽ affectiõis.quẽ integrũ erga cõmissũ gregẽ habere debuerat. Claudũ qꝫ eũ esse mõstrabat.cũ vni bñficio capellanie fuiret in castro ⁊ curã ꝙmissam parrochie negligẽtius deserebat. Volo ut quicunq; hoc legerit.sciat me ãno ab icarnatiõe dñi.M. CC.xxxviii.fuisse parisiꝰ vbi venerabilis guillermus parisiensis epꝰ (q̃ in theologia iã rexerat) cõuocationẽ fecerat i fratrũ ꝑdicatoꝝ capl'o. oim magistrorũ. Proposita ergo q̃stione de pluralitate bñficiorũ:sollerti ⁊ valde lõga disputatõe ꝓbatũ est. duo bñficia/dũ modo vnũ valeret quideci libras parisienses teneri cum salute nõ posse. Hoc determinauit ꝑdictus epꝰ. hoc frater hugo ordinis ꝑdicatorũ post modũ romane curie cardinalis.hoc frater guerricꝰ.et frater gaufridus eiusdẽ ordinis. frater iohãnes de rupella ordinis fratrũ minoꝝ. et alii ꝑ

plures magistri theologie determinauerūt i scolis successiue. Fuerat aūt āte habita disputatio lōgavalde ⁊ multo solēnior āte tres ānos. i qua etiā omēs magistri theologie determinasse ꝓbantur idē p oīa qđ et supra. exceptis duob⁹ quor vnus fuit magister philippus cācellarius parisiēsis et magister arnoldus postmodū epūs ambiēnensis. Quid aūt de isto philippo ꝙtigerit. audia⁹. Agonisātē i morte dict⁹ guillermus parisien. epūs paterna solicitudine visitauit. rogauitq; eū. ut singulari opinioni ce deret de pluralitate beneficiorū. et oīa bñficia sua excepto vno i manus eccl̄e resignaret et hac cōditione media. ut si ꝙ ualescceret. ei supplē vellet. de suo ꝓprio quod dimisit. Renuit ille. expiri se velle dicens. virū esset dānabile bñficia plura tenere. Mortu⁹ est ergo sic Post paucos dies. cū dict⁹ parisiēsis epūs. finitis matutinis orare vellet: vidit iter se et lumen quasi vmbrā hois tetrā nimis. Eleuata ergo manu ꝙ signat se. ⁊ si ex parte dei sit. p̄cipit ut loquat. Cui respōdit apparēs. Alienus a deo sū. sed famē miserabilis factura ei⁹ Et p̄sul. Tu qs es inquit. Ego sū cācellarius dudū miserrimus. Rursū epūs elato altius gemitu. Et quomodo inquit tibi est sic dolēti? Vale ait. imo q̄ pessime sicut q̄ dānatus sū eterna morte Et epūs. Heu ait karissime. q̄ causa dānationis tue? Tres sūt inqt cause quare morte ꝓpeti sū damnatus. Vna est q̄ recrescētes fructꝰ ānuos ꝙtra paupes timide reuaui. Secūda est q̄ cōtra sēntiā plurimorū de pluralitate beneficiorū quasi licite tenēdorū opinionē ꝓprīā defēsaui et i hoc me periculo mortalis culpe cōmisi. Tercia est et illa grauissima oīm. q̄ abominabili carnis vicio i scandalū mltorū multo tp̄re laborauī. Et ad ep̄m mox adiunxit. Est ne (inqt) finitus mundus? Et epūs. Miror ait. te quōdā litteratissimū virū hoc querē. q̄ me adhuc viuū cernas. et omēs nos viuētes adhuc mori necesse sit āteqū mūdus instante iudicio finiat. Et ille Nō mireris inqt quia nec sciētia/nec opus/nec ratio/apud iferos veniēti. Et hec dicēs. vmbra ab oculis mirantis euanuit Ip̄e epūs nō tamē sub ꝓprīa sua quasi hec vi disset. i predicatōe sua clericis

oīb⁹ recitauit Simili modo
eū quidā clericus maxime lit-
terature michi/agonizans in
morte/mādaret. et q̄liū que-
reret quasi i ꝓximo migratu
r⁹: reduxi ei ad meōziā disqu
tatōem illā solennē. ⁊ determi
nationē de pluritate bñficioꝝ
parisius. cui ille iterfuezat do
ctor magn⁹. C Tōsului qz illi q̄
magna instātia lacrimarū ut
vnā prebēdarū dimitteret. qz
duas cōtza aiam suā tenuezat
quarū vna ad oēmvite copiā
omni clerico sufficē potuisset
C Tūc ille facie querla dissimu
lās. hoc tantū respōdit. Orate
dñm ut ispizet. Nec diu cū re-
cessisse. et tenuissio spū vix he-
rēte. hoc idē quod consuluerā
ei quidā q̄sobrinus su⁹ iuuecu
lus cū maximis lacrimis icla
maret: cū voce nō posset. ma-
tuu inuēs expirauit. Post cui⁹
obitū cū quidā ex nostris stu-
pefactus minū cogitaret. cur
tātus homo et tātus clericus
(si mortale peccatū eēt plura
beneficia retinere) i tali statu
mortuus extitisset: mox quasi
semiuigilāti defūct⁹ apparēs
dixit. Hec sola prebēdaꝝ cau-
sa est. ꝑ qua infelix ego eterna
liter sum dānatus. Super
hac eadē questione. cū btē me
morie iacob⁹ debitriaco tūc q̄
dē achonēsis epūs. postea vero
romane curie cardinalis. ma
gistrū quōdā theologie ꝓba-
tissimū robertū de corthō. ro
mani apicis cardinalē mozien
tē. ante primā damiate ciuita-
tis obsidionē/ iterrogaret: res
pōdit Dico iā migratur⁹ a vi
ta. q̄ mortale est et dānabile.
(dū modo vnū q̄petēs sit) plu-
ra beneficia retinē. Hoc idem
magister petr⁹ comestoz sācte
marie parisiēn cātoz. dixit. et
scripsit. Hoc idē magister gui
ardus cameracēsis epūs verbo
hui⁹modi q̄firmauit. Nollem
(iquit) ꝓ toto auro arabie vna
tantū nocte duo beneficia re
tinere. et cert⁹ tamē essē q̄ de
manebnū illoꝝ homini ydo-
neo q̄ferret. et hoc ꝓpter vite
icerte discrimē. Sup hoc e-
tiā narrāte frē bernardo q̄nd
penitētiario dnī pape ⁊ fratze
ordinis p̄dicatoꝝ. q̄ btissimus
papa gregozi⁹ non⁹ iterroga
ret si posset de plenitudnie po
testatis cū pluriū beneficiozū
detētoribz dispēsare: respōdit
Nō possū (iquit) nisi sup vexa
tōe tantū detinētiū dispēsare
Quis ergo erit sapiens ut
fallat se. et sibi sup dispensati
one aliqua blandiat? Esto. q̄

multi magistroꝝ dicãt hoc.qđ ꝫ mlti aliter opinañ.hoc solũ mortale ab augustio doctorũ maxio iudicañ.ꝙ ꝗs incertitudinis piculo aut mortalis peccati discrimini se ꝙmittit. Noli ergo fieri sub trina inuocatione diuini noĩs vsurpator. ut sicut sub trib⁹ plonis inuocañ ꝫ colit vnus de⁹:ita tu clerice tu sacerdos duoꝝ triũ ãt quatuor beneficiorum vel plurium possessor existas. Lucifer ille sapiẽtissimus et pulcerrimus i creaturis.lucifer inq̃ ãgelus assimilari deo voluit. ꝫ ꝙtẽptibilius cecidit vniuersis.Quanto ergo numerosior extiteris i prebendis:tanto te superbi⁹ non solum contra deum. sed etiã supra deũ extollis Ego in quadam ciuitate episcopali annis vndecĩ adoleui. vbi.lxii. canonici sub prebendis pinguissimis ducentarum fere librarum parisiẽn.in matrici ecclesia seruiebant.quorum pluresꝫ erant detentores plurium beneficiorum. Vide ergo qualẽ vindictam vidi i ipsos turpes detentores. Michi testis et iudex sit sancta trinitas vnus deus.ꝙ paucos eorum vidi communi morte defungi. sed omnes subito et reprobe mortã ta ꝙ quidam eorum audito ꝙ vnus sociorum in nocte sanꝰ mane mortuꝰ inuẽtus esset.ꝙ plosis manibus dixit. Et quid vultis? secũdum vsum ꝫ cõsuetudiẽm ecclesie mortuus est. ut videtis. Vidi egoipse i ecclesia eadem infra paucum tempus ꝙtuor archidiaconos sic defungi. Vide ergo lector et mirare miraculum. Primus eorum de equo phalerato et grandi cecidit.et fractis cerui bus expirauit.Secundus mane in cathedra sedens mortuꝰ est repertus.Tercius in choro stans cum ad missam eleuatõ corporis christi fieret:cecidit resupinus. et subtracta loquela cũ sensu. quasi brutũ animal die tercia sine sacramentis ecclesiasticis est defunctus. Quartus confessionem peccatorum et sacramenta recusans/mortuus est.ꝫ extra cimiterium sepultus.

Incipit epistola luciferi ad malos principes ecclesiasticos

Lucifer princeps tenebra rū. tristicie pfūdi regēs atherontis iperator. dux here bi. rex iferni. rectorq; gehēne vniuersis sociis regni nri filiis superbie. precipue moderne ecclie prīcipibz (de qbz noster aduersarius iesus christ⁹ p ꝓphetā predixit. Odiui ecclām malignantiū) salutē quā vobis optam⁹. t nris obedire māda datis. et ꝓut icepistis legib⁹ parare. sathane et nrī iuris p̄cepta iugiter obtuere. Dudū siquidē christi vicarii. seqntes ei⁹ vestigia. signis et vtutibz choruscātes. degentes sub quadā paupevita. p ipōrū p̄dicatōes t opa quasi totū mūdū ex nostro trāsmuris iugo ad suā q̄ī terūt doctrinā et vitam. in nostri tyrānidis regni illusionē maximā. necnō i nostre iurisditōis nō modicū preiudiciū t grauamē. nō verētes nostram ledere potētiā. et tenebrosicā nostri status offēdere maiestatē Illo nāq; tpe nulla de mūdo recipiebamus tributa. nec tūc cursu solito caternati qz ruebat ad nostri baratri limina flebile vulgus. Sz via declivis et lata q̄ ducit ad mortē sine vllo strepitu miserorꝫ manebat iculcata. et tota nrā vacabat curia gemēs. et ārius expoliat⁹ iferni⁹. Qđ nrā ferrei pectoris ipatiēs feritas ferre nō valuit, neq; dira cordis icle mētia potuit āpli⁹ tolerare Sz precauētes i posterū/ obuiādo piculis/ de remedio ꝓuidimus oportuno. et loco istorꝫ nobis adūsariorꝫ. videlicet aplōrꝫ et ceterorꝫ eorūdem sequētium moribz et doctrina. p nostrā astutiā atq; potētiā succedere fecim⁹ vos q̄ modernis tp̄ibz ecclie p̄sidetis. sicut ille devoū dixit. regnauerūt et non ex me Semel sibi pmisim⁹ omnia regna mūdi si cadēs nos adoraret. ip̄e vero noluit. sz dixit q̄ regnū suū nō erat de hoc mūdo. Et fugit q̄ turbe voluerūt ip̄m in regē eligere tp̄alē. Jn vobis aūt q̄ de statu gratie cecidistis. et nobis ministratis i terris. ipleta est ꝓmissio. Et iā a nobis tenetis et p nos. terrena q̄ vobis q̄tulim⁹ ipia Jlle ei de nobis dixit ut scitis. Venit ei princeps mūdi hui⁹ t i me nō habz q̄cq̄ Sz sup oēs filios superbie. volu⁹ vos regnare. Subiciebātur itaq; p̄cipib⁹ huius sēcli in temporalibz nostri aduersarii supradicti. Et hoc

dicebãt docẽtes. Subiecti esto te oi hũane creature ꝓpter deum. siue regi q̃si ꝑcellenti et ẽ Sic ei magr̃ eor̃ fecerat atq; ꝑcepẽrat dicẽs. Reges gentiũ dñant eor̃. et q̃ potestatẽ habẽt benefici vocãtur. Et sicut ꝑdixim⁹ despicabilẽ vitã et iopẽ gerebãt i q̃tinuis laborib⁹ t erũnis. Et nos vobis diximus Vos aũt nõ sic. Venenũ diu est effudim⁹ iã estis iflati. iam ipis primis tp̃oribz nõ solum dispares sz penit⁹ q̃rii i moribz et vita: sup oẽs elati. et oĩa possidẽtes Nec redditis q̃ sũt cesaris cesari. nec q̃ sũt dei deo imo scdm nrã decretalẽ⁹q; gladii iurisditõem exercetis. Verũ et mũdanis vos imiscẽtes. nobis militãtes secularibz negocijs implicamini. ut hac de pauptate t miria. gradati ascẽdatis ad culmẽ honorũ et ad sũma fastigia dignitatum ꝑ extortas praticas t fallaces fabricas. ꝑ ypocrisi. adulatões mẽdacia. piuria. proditõnes. fraudes. symonias. et ceteras negcias. ãpliores q̃ excogitare possẽt nrẽ furie ifernales Cũ aũt illic rapitis: nõ sufficit. sz estis famelici plusq̃ ãte. Pauꝑes opprimitis. oia rapitis. totũ puerilis, iflati. superbi. luxuriosi. viuẽtes i delicijs. t fruitiombz corporalibz. ducitis i bonis dies vr̃os. Vocatis vob̃ nomina i terris. vos deos t scõs et scissimos appellãdo. bona etiã q̃ ãt violẽter ãt ꝑ abusiões dolose surripitis t fallacif extorq̃tis. ãt falso titulo possidetis q̃ ꝑ sustẽtatõe paupũ exisi (q̃s odim⁹) fuer̃t ãtiq̃t⁹ eroga ta. ibi⁹ vobis placitos expẽditis. Vnde mẽtrices et lenonũ turbas nutritis. cũ q̃bus eq̃tatis põpatice. t velut magni p̃n cipes iceditis. aliter q̃ illi pauperes sac̃dotes ecclie p̃mitiue Vobis edificatis palatia oĩ amenitate t pulcritudie spectabilia. comeditis cibaria. t bibitis vina oĩ curiositate t lecacitate exq̃sita. Thesauros ꝙgregatis ifinitos. non sic̃ ille q̃ dicebat. Aurũ et argẽtũ nõ est mecũ. Vos aurea scla repartis. O societas gtillia demoni b⁹ nob̃ oli ꝓphetas ꝓmissa. t ab ipis p̃stinis tp̃ibz ãtiq̃t⁹ reꝓbata. dñi te iohẽs vocauit synagogã sathane. et te designauit ꝑ meretricẽ magnã q̃ fornicata est cũ regibz terre. fetã de matre uouerea. de sponsa exisi adultera. de casta mẽtrix ꝙfracte sũt magne pauptatis tue. caritatẽ primã reliq̃sti. no

bis adhesisti. O dilecta nrā babilon. o. ciues nri. q̄ huc de hierusalē transmigstis. vos merito diligim⁹. vob̄ applaudim⁹. q̄z leges symois petri negligitis. ⁊ legib⁹ simois magi amici nri penit⁹ adhētis. Jpās tenetis adunguē et publice exercetis i tēplo dei emētes ⁊ vēdētes spūalia. ⁊ q̄ cristi p̄cepta distribuitis b̄ficia ⁊ honores. amore. vl p̄cio. aut p turpi lucro vel fauore. et ecclesiasticas dignitates. reprobantes dignos et promouētes idignos utpote gartiones. lenones. et mangones vestros. nepotes. et etiā filios vestros ppios. ut hereditate possideatis sanctuarium dei. Et vni puero multas confertis p̄bēdas. quarum minimam probo paupi denegatis Personas accipitis. ⁊ nimiam curam habetis pecuniarū nō animarum. Domū christi facitis speluncam latronū Abusus omnis ⁊ extorsio i vobis vestro plus centies exercetur. q̄p apud seculares tyrannos. Leges statutis. ⁊ eas non tenetis et totum vrā dispōe ad libitū dissipatis. Justificatis impiū p̄ muneribz. ⁊ iusticiā iusti auferris ab eo. Et breuit oia genera sceleru (ut volumus) p petratis. et multū vri grā i nostro iuicio iudicatis. potissime q̄ptū ad destructionē fidei christiane. Jā enī laici de fide hesitāt. et si q̄ eis p̄dicatis licet negligēter et raro. tñ nō credūt q̄n manifeste vident q̄ q̄sq̄z destrū q̄riū opat̄. Et sic ostēditis vos alios q̄ dicatis. Vnde ipi vos sequntes q̄ p̄cipitis i exemplū. iā ut plurimū nris vtunt regulis. ruētes i pelagus vicioru. ⁊ ad firmas edes baratri assidue q̄flunt ipo q̄ maxia mlt̄itudo. Tot ei ex oi hoim gñe nobis assidue transmittitis. q̄ capē nō possem⁹: nisi nostrū chaos insaciabile mille faucibz auidis innumerabiles aias deglutiret. Et sic p vos nri ipii p̄cipat⁹ extitit roborat⁹. et dānū nobis importabile ē restitutū Vñ vos habem⁹ mlt̄iplicit̄ q̄mēdatos. atq̄z grās vobis maxias referim⁹. nichilomi⁹ adhibētes. q̄ p̄cipitis sicut fecistis vlteri⁹ p̄cedēdo. q̄z p vos itēdim⁹ totū mūdū sub nri dicōe iterū reuocare Jā ei p̄ mlt̄itudīe quam nobis q̄tinue demittitis / his obscuris carcibz multipliciter occupati. vobis interim⁹ q̄mittim⁹ vices nostras. ⁊ volum⁹ vos nrōs cē vicarios. ⁊ mistros. q̄z etiā de mis

sio℈ ꝑpiqua ātichristi cogitam⁹ cuidiā optie p̄paratis. Jn ve/ strū tñ auxiliūdl' ꝙsiliū de sta gnis eminētibz ⁊ satrapis ifez ni aliqs deputam⁹.qz̄ ꝙ sugge/ stionibz acqescē.⁊ dolosis adi/ uētōib⁹etiā adhezēbzā ꝙsueuit ⁊ nouit prudētia. Jusup vobis q̄ sūmū tenetis apicē ꝙsulim⁹ ad cautelā.qp pacē fictilē ꝓcu/ retis.sz occulte causas discor/ die nutziatis.⁊ sic astute roma nū destruetis ipiū. Jta nec p̄ mittatis regnū aliqd nimiū ā pliari.ne forte m'tū fortifica ti ⁊ pacē habētes velīt dep̄mē vām statū.⁊ avob auferze the sauros q̄s apd vos depositos ātichristo duxerimus reſuari C ōmēdatas hñtes nrās caris simas filias.supbiā.auariciā. ⁊zaudē.luxuziā.⁊ aliaſ.p̄cipue dnām symoniā.q̄ vos fecit.⁊ꝓ p̄is lactauit vberibz ⁊ nutriuit Jp̄az qz nō vocetis symoniā seu pcm̄.qz oia vzā sūt. Nichil potestis vedē.qz de vzō ꝓpo sol uētis. Nec vos estis supb⁹.qz̄ta lē req̄zit magnificentia ſiatū. Vñ nec estis auazi.qz̄p scō pe tro est q̄dq̄d gregatis. Et ad thesauzos eccle siue p̄timoniū iesu christi ꝓmouetis vzōs.sic̄ crist⁹ ad ap'latū vocauit suos cognatos et notos. Jp̄i tñ ad statū vocabā paupū ⁊ huiliū vos aūt vzōs ad statū sublimē vocatis ⁊ altū Jp̄iqz reliq̄rūt oia vos aūt ñ.qz̄p defēdēdo ec cleſiā vzā vōa tenetis.⁊ sic de a lijs.sic̄ meli⁹ nostis. Perpetra tevicia sō vtutū spē palliati. allegetis ꝓ vob.et glosetis dis torte.⁊ adducatis ad ꝓpositū ꝛ directe. Et si q̄s p̄dicet q̄vos: ip̄z exq̄cādo fortit' oppmite.⁊ avob tanq̄ hēticq̄ dēnet'. T m̄ isup faciatis. qp locū valeatis habē quēvob p̄pauim⁹ sō nri hitaculi secretissio fūdam̄to.⁊ quēvob singularit' refuam⁹.v bi nūdū q̄sq̄ nouit accedē.ex/ ceptis maiozibus satpis regni nri Vos ei nec spatis futurū p̄miū.nec et'nū supplicū for/ midatis. Jdeo nec vitā quā nō creditis hēbitis. sz nobis'cū p⁹ mozte obtinebitis quā dū viui tis sedē nō tietis Valeatis illa felicitate q̄vos desidera⁹ et iē dim⁹ finalē p̄miaze Datū apd cētzū tre i nzō palatō tenebzo so pñtib⁹ cateruis deōnū ꝓpt hoc vocatoq̄ specialt̄ et roga toq̄ ad nt̄z ꝙsiliū dolozosū sū nri tribulis sigilli caracte.i re boze p̄missoq̄. Anno a palatii nri fractōe ac ꝙsortium nrōq̄ substratione. M.CCC.li°.

BELZEBVB. xviii.t.

Sequitur tractatus de meditatõe cordis a M.iohãne de gersonno. Primũ capitulũ

Editatio cordis mei i ꝙspectu tuo semp. Felix certe qui cũ ꝓphe ta potest ex sentẽcia dicere dez bũ istud deo. Sz videamus in primis. ꝙd sit meditatõ cordis non ꝓ carnali solo/sed spũali corde. Est aũt meditatio behemẽs cordis applicatõ ad aliꝙd inuestigandũ ⁊ inueniẽdũ. Et hec applicatõ fortis habet difficultatẽ. que qñqz maior est. quãdoqz minor. Quod ut itelligat: ꝓsupponat ex creditis ⁊ ab expientia. cor nr̃m cõditũ esse. ⁊ tres habere species oculorũ/mẽtales oculos/rationales oculos/sensuales. Et ex illis est vtrobiqz vnus oculꝰ in cognitione. alius i affectione. Fũdatur hec distictio i altera qua dicimus hoiem habẽ porcionẽ seu faciẽ rationis duplicẽ quarũ superior vertitur ad leges eternas. altera ad tẽporales. Neutra tamẽ in actu suo dependet ab organo corporeo. Sub istis ẽ ratio demersa corpori. que sẽsualitas appellat. Primꝰ oculorꝝ vocatur ab aliis oculus mẽtis. alter oculus rõis. tercius oculꝰ carnis. ii. c. uerat ab inicio bene conditꝰ rationalis nature talis ordo ordinisqz tranquillitas. ꝙ ad nutũ et merũ imperiũ. sensualitas rationi inferiori. et inferior ratio superiori seruiebat. ⁊ erat ab inferioribz ad suprema ꝓnus et facilis ascensus. faciẽte hoc leuitate originalis iustitie. subleuãtis sursum corda. quẽadmodũ naturaliter ignis sua leuitate sursũ fertur. At vero postꝙ aduersꝰ dñm supmũ ingrata ꝓditio demeruit auferri iustitiã hanc originalem: subitroiit pondꝰ grauissimũ ꝙcomitans peccatũ. quod miserã et captiuatã aiam trahere nõ cessat ad ifima. tanꝙ circũligata sit. funibz. cathẽis et cõpedibus. victa i mẽdicitate ⁊ ferro. Sicqz mirabili imo miserabili cõfusione facta est ordinis priꝙris puersio. ꝙ i homine sic merso tenebris et carcere ceco. ꝙturbatus est in ira triplex vtriqz oculꝰ. ꝓ ipfectionẽ i sensualitate. ꝓ obnubilationẽ in inferiori rationis ꝓfectione ⁊ ꝓ quãdã excecationẽ i superiori ratõnis portione. iii.

Habemus ecce causam ꝑmariam difficultatis. quam i meditatione sẽtimus. quã i habendis semp ad dñm oculis expe

rimur. Facit hoc penalis illa grauedo. deorsū iugiter ipellens. quemadmodum videre ē sensibiliter in aque ductu. que tota facilitate defluit in pnia Continetur autem vel sursū lenatur. non nisi cum violentia. Non aliter cor ad infima pronū leuiter effluit hac illac q3 veluti sine retinaculo vel labore. quoniam facilis descensus auerni (ait poeta) sed reuocare gradum superas q3 euadere ad auras. hoc opus hoc labor est.

